

contulisse dinoscitur, ratam atque gratam inviolabiliter volumus observare nichil iuris nobis et heredibus nostris in ipsa donacione ab hac hora in antea reservantes, renuncciantes nichilominus omni actioni sive iuri, quod nobis in predicta donacione competebat vel competere videbatur. Ut autem hec nostra liberalis ac voluntaria ratihabicio predictae donacionis facte robur obtineat perpetue firmitatis, presentem litteram desuper confectam 5 prelibato monasterio sive conventui Cellensi dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Huic eciam ratihabicioni interfuerunt venerabiles patres ac domini nostri Witigo Misnensis et Heinricus Merseburgensis ecclesiarum episcopi, dominus Thilmannus prepositus Buddissinensis, dominus Cunradus Hebestrit nostre curie prothonotarius et Merseburgensis canonicus, dominus Waltherus Misnensis canonicus, dominus Vlricus de Malticz 10 et dominus Tilicus de Hunsberch milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum Grimme anno domini M̄ CC̄ LXXX̄ VIII, XVIII kalendas \*ianuarii\*).

(SFR)

15.

*Die Stadt Grimma schließt mit dem Kloster Altzelle einen Vergleich, wonach letzteres allen Ansprüchen 15 auf die bei der Niedermühle gelegenen Gärten entsagt, während jene auf Ersatz der durch das Kloster erlittenen Schäden verzichtet und demselben einen Platz zu einer etwa nothwendig werdenden Verlegung der Mühle zu vollem Eigenthum und mit Abgabefreiheit überläßt. Grimma, 1292 Sept. 2.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1391. Die wohlerhaltenen SS. der Markgräfin Katharina (Posse Siegel der Wettiner Taf. VI, 5), der Stadt Grimma (Taf. I, 1) und des Augustinerkonvents (Taf. I, 5) an Fäden von 20 grüner und rother Seide.*

*Ann.: Vergl. Lorenz Grimma 211. 219. 274.*

In nomine domini amen. Nos Iohannes sculthetus, Heinricus Diues magister civium, consules et scabini ac communitas civitatis in Grimmis omnibus imperpetuum. | Quoniam ad instar aque fluentis tempus labitur et quelibet in ipso quamquam racionabi- 25 liter acta pariter cum tempore dilabuntur, nisi scriptorum beneficio et ydoneorum virorum testimonio roboentur: capropter notum esse volumus tam posteris quam modernis cuncti evi fidelibus, ad quorum noticiam pervenerit presens scriptum, quod nos contuentes venerabilium nobis domini abbatis et conventus Cellensis monasterii erga nos favorem pariter et affectum in eo videlicet, quod omni actioni et iuri, quod eis competere videbatur et habere 30 se constancius asserebant in ortis contiguus quondam inferioribus molendinis, amoris nostri causa renunciare liberaliter curaverunt, nos eisdem favorem rependere pro favore et affectum non solum affectu sed eciam effectum reconpensare quodammodo satagentes omne dampnum eis, quod ab ipsis recepimus, condonamus et nichilominus terminos infrascriptos pro construendis molendinis in superiori parte civitatis nostre liberos eis damus, scilicet 35 fossatum iuxta valvam, que vertor dicitur, ubi terminus molendini ab exteriori muro civitatis incipit, nec debet ultra murum principaliter instauratum aliquatenus dilatari, et ex altera parte Molde fluvii ortum humuli, qui olim fuerat Gerhardi Phetzyngis, cum littore